fratre Cunrado quondam
Lantgrauio ad curiam domini
Pape personaliter accedentes
de canonizatione ejus labora-
re ceperunt, signa et sanita-
tes, quae ad memoriam famu-
le dei fiebant, tam scrip-
tis quam verbis domino apo-
stolico indicantes. Quorum
peticionem consensum prebuit,
precipiens miraculorum testes
diligenter examinari, sciens
civitatem in monte positam
non posse abscondi.

[petitioni] St 579. peticoēz ꝯsensū

Anno ab incarnacione do-
mini M.CC.XXXV in octava
penthecostes apud Perusiam perusiū
civitatem tuscanie dnus papa
Gregorius canonizavit venerabilem
Christi famulam Elyzabeth, in
numero sanctorum illam com-
putans et per universam eccle-
siam diem deposicionis illi-
us XIII Kalendas decembris sol-
lempniter agere precipiens.
Sicque civitas illa super mon-
tem posita est, ut, que prius
sancta erat meritis, auctori-
tate apostolica eciam sanc-
ta dici possit. Cujus devocio
tanta circa illam extitit, ut
speciales litteras diversis reli-
giosis ordinibus ecclesie desti-
naret, rogans et mandans,
quatinus sancte Elyzabeth